

MASS PROPER: THURSDAY AFTER THE 4TH SUNDAY IN LENT

MASS *Lætétur cor* (violet)

INTROIT Psalms 104: 3-4

Lætétur cor quæréntium Dóminum: quærite Dóminum, et confirmámini: quærite fáciem ejus semper. (Ps. 104: 1) Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus: annuntiáte inter gentes ópera ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Lætétur cor quæréntium Dóminum: quærite Dóminum, et confirmámini: quærite fáciem ejus semper.

Let the heart of them rejoice that seek the Lord: seek the Lord, and be strengthened; seek His face evermore. (Ps. 104: 1) Give glory to the Lord, and call upon His name; declare His deeds among the gentiles. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the heart of them rejoice that seek the Lord: seek the Lord, and be strengthened; seek His face evermore.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, quos jejúnia votíva castígant, ipsa quoque devótio sancta lætíficet; ut, terrénis afféctibus mitigátis, facílius cæléstia capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we who have undertaken to chastise our bodies by fasting may, even in this devotion, find cause for rejoicing: for as much as earthly passions being thereby subdued, we are the better able to fix our hopes on the delights of Heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON 4 Kings 4: 25-38

In diébus illis: Venit múlier Sunamítis ad Eliséum in montem Carméli: cumque vidisset eam vir Dei e contra, ait ad Giézi púerum suum: Ecce Sunamítis illa. Vade ergo in occúrsum ejus, et dic ei: Recte ne ágitur circa te, et circa virum tuum, et circa fílium tuum? Quæ respóndit: Recte. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehéndit pedes ejus: et accéssit Giézi, ut amovéret eam. Et ait homo Dei: Dimítte illam: ánima enim ejus in amaritúdine est, et Dóminus celávit a me, et non indicávit mihi. Quæ dixit illi: Numquid petívi fílium a

In those days, a Sunamite woman came to Eliseus to Mount Carmel: and when the man of God saw her coming towards, he said to Giezi his servant: Behold that Sunamitess. Go therefore to meet her, and say to her: Is all well with thee, and with thy husband, and with thy son? And she answered: Well. And when she came to the man of God to the mount, she caught hold on his feet: and Giezi came to remove her. And the man of God said: Let her alone, for her soul is in anguish, and the Lord hath hid it from me and hath not told me. And she said to him: Did I

dómino meo? Numquid non dixi tibi: Ne illúdas me? Et ille ait ad Giézi: Accíngē lumbos tuos, et tolle báculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salútes eum: et si salutáverit te quispiam, non respóndēas illi: et pones báculum meum super fáciem púeri. Porro mater pueri ait: Vivit Dóminus et vivit ánima tua, non dimíttam te. Surréxit ergo, et secútus est eam. Giézi autem præcésserat ante eos, et posúerat báculum super fáciem púeri, et non erat vox neque sensus: reversúsque est in occúrsum ejus, et nuntiávit ei, dicens: Non surréxit puer. Ingréssus est ergo Eliséus domum, et ecce, puer mórtuus iacébat in léctulo ejus: ingressúsque clausit óstium super se et super púerum: et orávit ad Dóminum. Et ascéndit, et incúbuit super púerum: posuítque os suum super os ejus, et óculos suos super óculos ejus, et manus suas super manus ejus: et incurvávit se super eum: et calefácta est caro púeri. At ille revérsus, de ambulávit in domo, semel huc atque illuc: et ascéndit et incúbuit super eum: et oscitávit puer sépties, aperuítque oculos. At ille vocávit Giézi, et dixit ei: Voca Sunamítidem hanc. Quæ vocáta ingrēssa est ad eum. Qui ait: Tolle fílium tuum. Venit illa, et córruit ad pedes ejus, et adorávit super terram: tulítque fílium suum, et egréssa est, et Eliséus revérsus est in Gálgala.

GRADUAL Psalms 73: 20, 19, 22

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem. Exsúrge, Dómine, júdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum.

GOSPEL Luke 7: 11-16

In illo témpore: Ibat Jesus in civitátem,

ask a son of my Lord? Did I not say to thee: Do not deceive me? Then he said to Giezi: Gird up thy loins, and take my staff in thy hand and go. If any man meet thee, salute him not; and if any man salute thee, answer him not; and lay my staff upon the face of the child. But the mother of the child said: As the Lord liveth, and as thy soul liveth I will not leave thee. He arose, therefore, and followed her. But Giezi was gone before them, and laid the staff upon the face of the child, and there was no voice nor sense; and he returned to meet him, and told him, saying: The child is not risen. Eliseus therefore went into the house, and behold the child lay dead on his bed; and going in he shut the door upon him, and upon the child, and prayed to the Lord; and he went up and lay upon the child: and he put his mouth upon his mouth, and his eyes upon his eyes, and his hands upon his hands: and he bowed himself upon him, and the child's flesh grew warm. Then he returned and walked in the house, once to and fro; and he went up, and lay upon him; and the child gaped seven times, and opened his eyes. And he called Giezi, and said to him: Call this Sunamitess. And she being called, went in to him, and he said: Take up thy son. She came and fell at his feet, and worshiped upon the ground; and took up her son, and went out, and Eliseus returned to Galgal.

Have regard, O Lord, to Thy covenant, and forget not to the end the souls of Thy poor. Arise, O Lord, judge Thy own cause: remember the reproaches of Thy servants.

At that time, Jesus went into a city

quæ vocátur Naim: et ibant cum eo discípli ejus et turba copiósá. Cum autem appropinquáret portæ civitátis, ecce, defúctus efferebátur fílius únicus matris suæ: et hæc vídua erat, et turba civitátis multa cum illa. Quam cum vidísset Dóminus, misericórdia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accéssit et tétigit lóculum. - Hi autem, qui portábant, steterunt. - Et ait: Adoléscens, tibi dico, surge. Et resédit, qui erat mórtuus, et coepit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accépit autem omnes timor: et magnificábant Deum, dicéntes: Quia Prophéta magnus surréxit in nobis: et quia Deus visitávit plebem suam.

OFFERTORY Psalms 69: 2-4

Dómine, ad adjuvándum me festína: confundántur omnes, qui cógitant servis tuis mala.

SECRET

Purifica nos, misericors Deus: ut Ecclésiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia múnera deferéntes, fiant expiátis méntibus gratióres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia

called Naim; and there went with Him His disciples, and a great multitude. And when He came nigh to the city, behold a dead man was carried out, the only son of his mother; and she was a widow, and much people of the city were with her. And when the Lord saw her, He had compassion on her, and said to her: Weep not. And He came near, and touched the bier. (And they that carried it stood still). And He said: Young man, I say to thee arise: and he that was dead sat up, and began to speak. And He delivered him to his mother. And there came a fear on them all and they glorified God, saying, A great prophet is risen up amongst us, and God hath visited His people.

O Lord, make haste to help me: let all those be confounded that desire evils to Thy servants.

Purify us, O merciful God, that the prayers of Thy Church, which are pleasing to Thee, may become the more pleasing from the purified hearts with which they bring the gifts of devotion. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the

exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte júbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 70: 16-18

Dómine, memorábor justítiae tuæ solús: Deus, docuísti me a juventúte mea: et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me.

POSTCOMMUNION

Caeléstia dona capiéntibus, quæsumus, Dómine: non ad júdicium proveníre patiáris, quæ fidélibus tuis ad remédium providísti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Pópuli tui, Deus, institútor et rector, peccáta, quibus impugnátur, expélle: ut semper tibi plácitus, et tuo munímine sit secúrus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

O Lord, I will be mindful of Thy justice alone: Thou hast taught me, O God, from my youth; and unto old age and grey hairs, O God, forsake me not.

Suffer not Thy heavenly gifts, we pray Thee, O Lord, to become the occasion of judgment to those who receive them, for Thou hast provided them unto the healing of Thy faithful. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God. God, the teacher and ruler of Thy people, put to flight the sins that assail them, that they may be pleasing to Thee and secure in Thy protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.